Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-69616-p0001-3

12.

DECANUS COMMUNITATIS
STUDII PHILOSOPHICI ET BONARUM ARTIUM IN ACADEMIA LIPSIENSI.

QVemadmodum οἱ τοῦ λύχνου χρείαν ἔχοντες, ἔλαιον ἐπιχέουσιν, hoc eſt, qui lucernâ opus habent, oleum affundunt, quod olim Anaxagoras Philoſophus neglectiùs habitus, Pericli, Athenienſis Reip. principi, ob illum moriturum lamentanti dixiſſe fertur: ita optimi prudentiſſimiq; Imperatores & Principes, cum nullâ re minus quam ſtudiis ſapientiæ & prudentiæ Eccleſiam DEI & ſocietatem civilem carere poſſe viderent, Academias, ceu ſeminaria & fontes omnis ſapientiæ, à quibus ſplendor & ſapor in omnes Reipublicæ partes diffunderetur, inſtituerunt. Exempla alia ut omittamus, (nam multa ſunt,) unum alterumq; ſuggeſtum hîc ibimus. De *Carolo Magno*, qui Romani Imperij majeſtatem primus ad Germanos tranſtulit, ſcribunt Hiſtorici, eum Literas & earum cultores ſummo amore, benevolentiâ & liberalitate proſecutum fuiſſe, & ad conſervanda propagandaq; literarum ſtudia tres præclariſſimas Academias, Bononienſem quidem, à Theodoſio Imp. Anno Chriſti 423. fundatam, reſtauraſſe; at Pariſienſem Anno Chriſti 792. & paulo poſt Ticinenſem ſeu Papienſem in Italia Anno, Chriſti 794. maximis impenſis fundaſſe. Quin & ipſe Scholam Pariſienſem ingreſſus, alumnorum ſuorum (quos magno numero ſuis ſumptibus in literis informari curabat,) profectus exploravit, induſtrios collaudavit, inertes benignè ad frugem correxit, & hanc in literas doctosq; viros benevolentiam, pænè cum ipſo Imperii ſceptro ad ſucceſſores ſuos laudatiſſimos tranſtulit. Imperator ejuſdem nominis IV. Aureæ illius (ut vocant) Bullæ auctor, armis pariter & literis clariſſimus, Pragenſem Academiam Anno Chriſti 1360. inſtituit, illiusq; auditorium aliquando ingreſſus ultra tempus prandij Magiſtrorum & Profeſſorum Diſputationibus interfuit. Simili erga literas favore liberali ducti olim Illuſtriſſimi Principes Saxoniæ FRIDERICUS, qui poſtea ex Saxonicâ domo Elector, & ob fortitudinem Bellicoſus dictus, ac VVILHELMUS Fratres, Landgravij Thuringiæ, Marchiones Miſniæ, &c. exulantes è Pragenſi Academia Muſas in ſuam ditionem Anno Chriſti 1409. Menſis Decembris die 2. receperunt, ijsq; hîc Lipſiæ tutum receſſum dederunt, conceſſerunt. Nec verò ſeminaria hæc Eccleſiæ & Reipublicæ, omnisq; virtutis officinas inſtituerunt modò pientiſſimi hi Imperatores & Principes; ſed & inter alia Privilegia ac præmia Studioſis propoſita, honores etiam literarios, quos Gradus vocant, ac in his quoq; Magiſterium ſive Doctoratum Philoſophicum clementer indulſerunt, ut qui ingenio, virtute & eruditione alijs in ſapientiæ itinere antecellerent, ſignis quibuſdam externis ab ijſdem diſcernerentur. Ac ut inter noſtræ nos jam Academiæ terminos ſolùm contineamus, impetrarunt Celſiſsimi prænominati duo Principes, ut hic Lipſiæ vigeret generale ſtudium, in quo in Sacræ Theologiæ, & Utriusq; Juris, nec non Medicinæ, ſeptem liberalium artium, & omnium licitarum Facultatum ſtudijs liceat actus ſcholaſticos, pro ut in Univerſitate ſtudij Pariſienſis conſuevit, exercere; in quo Magiſtri, Doctores, nec non alij graduati & ſtudentes gaudeant & utantur omnibus Privilegijs, libertatibus & immunitatibus conceſsis docentibus & ſtudentibus in ijſdem ſcientijs & Facultatibus; addito inſuper voto cephalico, ut ſtudium hoc noſtrum Lipſienſe fiat mater ibidem ſtudere volentium, ex cujus fœcundis uberibus lac mellifluum ſugant omni tempore abundanter, viroſq; producat conſilij maturitate perſpicuos, virtutum redimitos ornatibus, ac apprimè diverſarum Facultatum dignitatibus eruditos, atq; ut inibi fons ſit ſcientiarum irriguus, de cujus plenitudine hauriant univerſi liberalibus ibidem imbui cupientes documentis. Factæ iccircò revera ſunt Academiæ πανηγύρεις, quas ſic vocare venuſtè ac perquam ſcitè Pythagoras olim fuit ſolitus, Perindè enim ut homines mercaturam facientes non ſine magnis ſumptibus & extremis periculis nobiliſsima adeunt emporia, ut, quæ ad victum cultumq; corporis neceſſaria ſunt, ſibi parent: Ita & ſtudioſi adoleſcentes, non modò capiendi uberioris ingenij cultûs ergò, ſed & reportandi aliquid honoris & dignitatis, ad celeberrimas Academias, tanquam ad mercaturas quaſdam optimarum artium & honorum confluunt. Horum in numero cûm alij multi fuêre hactenus juvenes honeſtiſſimi, à tempore quidem fundatæ Academiæ tria millia cum octuaginta tribus, qui & teſtimonium eruditionis honorificum, & Philoſophicæ dignitatis ſupremæ βραβεῖον cum laude à communitate noſtra obtinuerunt; tum hoc quoq; tempore nomina apud Nos ſua profeſsi ſunt Candidati qui ſequuntur, adoleſcentes honeſtiſsimi Opt. art. & philoſophiæ Baccalaurei, univerſi tres & triginta:

JOHANNES BLöTNERUS, Neoſtad. Variſcus, Tauchenſis Eccleſiæ Paſtor,
JOHANNES BIRNERUS, Dôbelenſis.
FRIDERICUS VVENCESLAI, Medevicenſis.
SAMUEL CNORRIUS, Dreſdenſis.
AMBROSIUS ARNOLD, Dreſdenſis.
BALTHASAR SVEVIUS, Scheibenbergenſis.
ZACHARIAS AVENARIUS, Cizenſis.
PAULUS HORNICÆUS, Rochlitienſis.
GEORGIUS ZINSMANNUS, Lauchenſis.
ANDREAS Voigt / Lipſienſis.
ADAMUS PAPA, Lipſienſis.
NICOLAUS Klopfleiſch / Schônſtadio-Thur.
GOTFRIDUS SLUTERUS, Gôttingâ-Saxo.
CHRISTIANUS Schneider, Lipſienſis.
CHRISTOPHORUS MAYERUS, Lipſienſis.
GEORGIUS Kephan / Lipſienſis.
CHRISTOPHORUS Beutner / Torgenſis.
ADAMUS GRüNINGK, Coldicenſis.
JACOBUS Süß / VVolckenſteinenſis.
JOACHIMUS Dreyſcherff / Greuſſenâ-Thur.
JOHANNES SPARBART, Miſnenſis.
GOTFRIEDT SCHLEGELIUS, Dreſdenſis.
CHRISTOPHORUS SCHLEGELIUS, Dreſdenſis.
HIERONYMUS Brunner / Schleuſingâ-Fr.
JOHANNES VVIPRECHT, Delitianus.
DANIEL Weinbürger / Quedlinburgo-Saxo.
CHRISTOPHORUS Waßfurt / Gorlicio-Luſatus.
GABRIEL Steiniger / Torgenſis.
MATTHÆUS TZSCHEPIUS, Strellenſis.
JOHANNES HOLLENHAGEN, Hervordiâ-VVeſtph.
VVOLFFGANGUS ERNESTUS TüNTZELIUS, Vinarienſ. Thur.
NICOLAUS COSTERUS, Hymmelingiô-VVeſtphalus.
JOHANNES CRüGERUS, Angermündenſis Marchicus.

Hi cum eruditionis ſuæ fiduciam haberent, præmiaq; diligentiæ, in optimarum artium ſtudijs navatæ, peculiaria deſiderarent, eadem tandem à Communitate noſtra petierunt. Quo facto gravis & accurata inquiſitio, juxta ac cenſura ſevera in vitam & ſtudia ipſorum pro more ſuſcepta eſt, deprehenſumq; eos univerſos & ſingulos in Philoſophiæ ſtudijs tales feciſſe progreſsiones, vitæq; ac morum probitate ita ornatos eſſe, ut digni judicati ſint, quibus doctrinæ teſtimonium honorificum, cum annexo eximiæ dignitatis literariæ titulo à Communitate noſtra Philoſophica tribueretur. Quare, quod feliciter in ſui nominis gloriam, & Eccleſiæ ac Reipublicæ emolumentum cedere velit jubeat Majeſtas altiſsima, producemus eos craſtino, σὺν τῷ θεῷ, die, Horâ VIII. in Theatrum Philoſophicum hujus Collegij, ijsq; ex poteſtate clementiſsimè Nobis conceſſa ſupremæ dignitatis Scholaſticæ inſignia, ut DOCTORES Philoſophiæ, atq; artium liberalium & honeſtiſsimorum morum MAGISTRI deinceps ſint, & appellentur, ratione convenienti, adhibitis ſolennitatibus & ritibus receptis, in ſolenni πανηγύρει conferemus. Magnificum itaq; Academiæ Rectorem, ſuperiorum Facultatum trium inclytarum Decanos, nec non cæteros viros, omnium ordinum ac Profeſsionum Excellentiſsimos, Clariſsimoſq;, perhumaniter ac officioſè invitamus, eo, quo decet aut par eſt, ſtudio rogantes, ut præclariſsimâ ſua præſentiâ feſtivitati philoſophicæ intereſſe, eandemq; conſpectiorem ac illuſtriorem reddere ne graventur: Quâ benevolæ mentis teſtificatione, Nobis quidem apprimè gratâ, Candidatis verò perhonorificâ, non tantum Communitatem Philoſophicam, & Candidatos modernos ſibi devincient arctius; ſed & ſtudioſæ Juventuti, ad fidelius urgendum honeſta ſtudia, certiſsimos ſuppeditabunt ſtimulos. Reliquos verò, qui in ſtudijs apud nos vivunt, Nobiliſsimos & ornatiſsimos Juvenes, amicè compellamus officij ratione, ut & ipſi ſuâ præſentiâ hunc actum reddant auctiorem, ac quæ tum dicentur agenturq; publicè, per ſilentium non modò audiant ſpectentq;, ſed & DEUM præpotentem votis ardentibus Nobiſcum venerentur ac invocent, quo Academiam hanc, tanquam Tutor bonus, defendat, eos, qui nefaria conſilia turbandæ Eccleſiæ aut Scholæ ineunt, à cervicibus noſtris arceat, omnesq; cogitationes ac cogitata ſcelera in capita auctorum convertat, per & propter Filium ſuum, Mediatorem noſtrum JESUM CHRISTUM. P. P. Lipſiæ, ſub officij noſtri Sigillo, Die XXVII. Menſis Januarij, ANNO M. DC. XXX.

LIPSIÆ, excudebat GREGOR. Ritzſch / *Anno 1630.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-69616-p0003-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-69616-p0004-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-69616-p0005-5

DECANUS COMMUNITATIS
STUDII PHILOSOPHICI ET BONARUM ARTIUM IN ACADEMIA LIPSIENSI.

QVemadmodum οἱ τῦ λύχνυ χρείαν ἔχοντες, ἔλαιον ἐπιχέυσιν, hoc eſt, qui lucernâ opus habent, oleum affundunt, quod olim Anaxagoras Philoſophus neglectiùs habitus, Pericli, Athenienſis Reip. principi, ob illum moriturum lamentanti dixiſſe fertur: ita optimi prudentiſſimiq; Imperatores & Principes, cum nullâ re minus quam ſtudiis ſapientiæ & prudentiæ Eccleſiam DEI & ſocietatem civilem carere poſſe viderent, Academias, ceu ſeminaria & fontes omnis ſapientiæ, à quibus ſplendor & ſapor in omnes Reipublicæ partes diffunderetur, inſtituerunt. Exempla alia ut omittamus, (nam multa ſunt,) unum alterumq; ſuggeſtum hîc ibimus. De *Carolo Magno*, qui Romani Imperij majeſtatem primus ad Germanos tranſtulit, ſcribunt Hiſtorici, eum Literas & earum cultores ſummo amore, benevolentiâ & liberalitate proſecutum fuiſſe, & ad conſervanda propagandaq; literarum ſtudia tres præclariſſimas Academias, Bononienſem quidem, à Theodoſio Imp. Anno Chriſti 423. fundatam, reſtauraſſe; at Pariſienſem Anno Chriſti 792. & paulo poſt Ticinenſem ſeu Papienſem in Italia Anno, Chriſti 794. maximis impenſis fundaſſe. Quin & ipſe Scholam Pariſienſem ingreſſus, alumnorum ſuorum (quos magno numero ſuis ſumptibus in literis informari curabat,) profectus exploravit, induſtrios collaudavit, inertes benignè ad frugem correxit, & hanc in literas doctosq; viros benevolentiam, pænè cum ipſo Imperii ſceptro ad ſucceſſores ſuos laudatiſſimos tranſtulit. Imperator ejuſdem nominis IV. Aureæ illius (ut vocant) Bullæ auctor, armis pariter & literis clariſſimus,
Pragenſem Academiam [illegible] rum Diſputationi-
bus interfuit. Simili er[illegible] ector, & ob forti-
tudinem Bellicoſus dictu[illegible] s in ſuam ditionem
Anno Chriſti 1409. Men[illegible] Eccleſiæ & Reipu-
blicæ, omnisq; virtutis of[illegible] poſita, honores e-
tiam literarios, quos Gra[illegible] rtute & eruditione
alijs in ſapientiæ itinere a[illegible] s ſolùm continea-
mus, impetrarunt Celſiſs[illegible] s, nec non Medici-
næ, ſeptem liberalium a[illegible] uevit, exercere; in
quo Magiſtri, Doctores, [illegible] docentibus & ſtu-
dentibus in ijſdem ſcient[illegible] tium, ex cujus fœ-
cundis uberibus lac melli[illegible] atibus, ac apprimè
diverſarum Facultatum [illegible] bidem imbui cupi-
entes documentis. Factæ icircò revera ſunt Academiæ πανηγύρεις, quas ſic vocare venuſtè ac perquam ſcitè Pythagoras olim fuit ſolitus, Perindè enim ut homines mercaturam facientes non ſine magnis ſumptibus & extremis periculis nobiliſsima adeunt emporia, ut, quæ ad victum cultumq; corporis neceſſaria ſunt, ſibi parent: Ita & ſtudioſi adoleſcentes, non modò capiendi uberioris ingenij cultûs ergò, ſed & reportandi aliquid honoris & dignitatis, ad celeberrimas Academias, tanquam ad mercaturas quaſdam optimarum artium & honorum confluunt. Horum in numero cûm alij multi fuêre hactenus juvenes honeſtiſſimi, à tempore quidem fundatæ Academiæ tria millia cum octuaginta tribus, qui & teſtimonium eruditionis honorificum, & Philoſophicæ dignitatis ſupremæ βραβεῖον cum laude à communitate noſtra obtinuerunt; tum hoc quoq; tempore nomina apud Nos ſua profeſsi ſunt Candidati qui ſequuntur, adoleſcentes honeſtiſsimi Opt. art. & philoſophiæ Baccalaurei, univerſi tres & triginta:

JOHANNES BLÖTNERUS, Neoſtad. Variſcus, Tauchenſis Eccleſiæ Paſtor,
JOHANNES BIRNERUS, Döbelenſis,
FRIDERICUS VVENCESLAI, Medevicenſis.
SAMUEL CNORRIUS, Dreſdenſis.
AMBROSIUS ARNOLD, Dreſdenſis.
BALTHASAR SVEVIUS, Scheibenbergenſis.
ZACHARIAS AVENARIUS, Cizenſis.

CHRISTOPHORUS Bentner / Torgenſis.
ADAMUS GRüNINGK, Coldicenſis.
JACOBUS Süß / VVolckenſteinenſis.
JOACHIMUS Dreyſcherff / Greuſſenâ-Thur.
JOHANNES SPARBART, Miſnenſis.
GOTFRIEDT SCHLEGELIUS, Dreſdenſis.
CHRISTOPHORUS SCHLEGELIUS, Dreſdenſis.
HIERONYMUS Brunner / Schleuſingâ-Fr.